'Duplici namque<sup>a</sup> prudentiae genere, qua se tuentur serpentes uti debemus, de ea ipsa 'sicut aspidis surdae' et cetera, ubi divus Augustinus sentiens carminibus –et Hieremias 'ecce ego mittam'– ut ego insidiatoribus obviam eamus prudenter nosmet gerere oportet, ut vero nullum in laqueos insidiarum subdole inducamus, simplices esse decet'. Hoc duplex genus prudentiae non percipio. Jansenius, unde haec omnia desumpta (sinistre tamen) sunt, ita ait: 'Prudentiam serpentinam requirit, tum ad hoc, ut sibi prudenter et astute caveant, ne ab impiis laedantur. Tum ad hoc ut prudenter circumspectant<sup>b</sup> et solícite captent occasionem, qua omnibus modis etiam pio quodam dolo captos a Satana mentes Christo adferant, et cetera'. Forte hanc duplicem prudentiae rationem, quam Jansenius refert, in animo habebat hic auctor, sed quo modo eam expresit non video; nam ait nos uti debere duplici genere prudentiae quo se tuentur serpentes, obturant enim aures pias ne audiant vocem incantantium.

'Vt ergo insidiatoribus obviam eamus prudenter nosmet gerere debemus', prudenter tamen se gerere iuxta auctoris mentem nihil aliud est, quam se insinuare, sese dedere velle scire secreta domus atque inde timeri alios admovere, esse industrius, eutrapelos et domesticos, an haec Dominus / [156v] discipulis iusserit cum dixit 'estote prudentes sicut serpentes' perpendat lector, 'ut obviam eamus insidiatoribus prudenter nosmet gerere oportet'. Obviam ire, aut significat sese insidiatoribus opponere et eorum vim propulsare, aut eos ulnis obviis excipere. Si primum, non recte cohaeret sese insinuare, nam idem est se gerere prudenter et sese insinuare. Si secundum, non video, ubi praeceptum discipulis Domini fuerit sese insidiatoribus insinuare, sese dedere, scire velle eorum secreta, atque inde timeri; quae omnia iuxta auctoris interpretationem prudentiae nomine continentur. Omnium periodorum huius<sup>cd</sup> capitis connexionem penitus non intelligo, et cetera.

---

a ge *del.*

b occasiones *del.*

c huius *sscr.*

d tamen *del.*

Paciencia.....lee *patientia*

/En efecto el doble.....pues no veo qué hace aquella/

‘En efecto, debemos emplear el doble género de prudencia con la que se cuidan las serpientes como de ese salmo *al igual que el áspid sorda* etc<sup>24</sup>. donde San Agustín<sup>25</sup> lo entiende por los poemas...y Jeremías ‘he aquí que envió’<sup>26</sup>... Por tanto es necesario que nos comportemos con prudencia ante los que nos tienden trampas, pero no conduzcamos a ninguno a los lazos de la trampa con engaño, conviene ser sencillos. No entiendo bien este doble género de prudencia. Jansenius, de donde todo esto se ha tomado (aunque torcidamente), dice que ‘requiere la prudencia propia de la serpiente para guardarse prudente y astutamente, para no sufrir daño de los impíos. Entonces para esto, para observar prudentemente y elegir resueltamente la ocasión, por la que lleven a Cristo las mentes seducidas por Satanás de todas las maneras, incluso con un engaño piadoso’, etc. Quizá esta doble forma de prudencia, a la que se refiere Jansenius la concebía este autor, pero no veo cómo la expresa, ya que dice que nosotros debemos emplear un doble género de prudencia con el que se cuidan las serpientes, pues taponan los oídos piadosos para que no escuchen las voces de los que pretenden persuadirles.

‘En consecuencia, que debemos conducirnos prudentemente para presentarnos ante los que nos agreden’; pero conducirse con prudencia según el parecer del autor no es otra cosa que «intimar», «querer sumarse», «conocer los secretos de la casa» y por eso «ser temidos», «atraer a otros», «ser hábiles, ingeniosos», y «familiares». Si el Señor ha mandado esto /156v cuando dijo ‘sed prudentes como las serpientes’ valore el lector, cómo es necesario que actuemos ante los que nos tienden asechanzas, si salir al encuentro quiere decir hacer frente a nuestros perseguidores y rechazar su violencia, o recibirlos con los brazos abiertos. Si es lo primero, no es coherente ‘introducirse en la intimidad’, pues es lo mismo actuar con prudencia y ganarse la confianza; si lo segundo, no veo que el precepto del Señor a sus discípulos haya sido que se ganaran la confianza de sus perseguidores, que intimaran, quisieran conocer sus secretos y por eso fueran temidos, todo lo que bajo el nombre de prudencia se contiene según la interpretación del autor. No entiendo totalmente la conexión de los razonamientos de este, etc.

24 Sal 57, 6.

25 Avg. *Enarr.ps.* 57, 7-9; *serm.* 315, PL 38, 1428, 30.

26 HIER. *In Is.* 9, 28, y *Ierem.* 5, 11. HIER. *In Ier.* 3 *Possumus hoc et de persecutionibus, quae nostro accidere populo a diebus Neronis (...)* *Ecce ego mittam piscatores multos, dicit dominus, et piscabuntur eos.*

‘Vt vero nullum in laqueos insidiarum subdole inducamus rectius hic quam supra Homerus ubi aliquem principem inducit loquentem’.

Vbi idem nominis ἀκεραίος id est, sine cornu legitur, errat longe hic auctor, nam ἀκεραίος significat «sincerius, purius, non mixtus», a uerbo κερᾶω, misceo un[de] οἶνος ἀκέρατος vinum purum, quod non solet esse sine cornu, imo quanto pu[rum] tanto pura cornua habere solet; κέρας significat cornu, a quo nomine n[on] formatur ἀκέρατος sed ἀκέρατος, itaque ἀκέρατος significat purum, since[rum] simplex, ἀκέρατος vero sine cornu.

Hinc puto esse ortum, ut angues in caduceo Mercurii impliciti fingantur, videtur dicere nunquam re vera fuisse implicitos, sed solum fuisse figmentum cum tamen certum sit in caduceo illo angues implicitos pingi.

‘Orator, cuius munus, ut testantur Cicero et Quintilianus uel praecipuum est, insinuationem...’: vellem loca signasset auctor, ubi Cicero et Quintilianus testantur esse praecipuum oratoris munus insinuationem. ‘Cicero rhetoricorum, ubi in principio oratoris officium esse dicit de iis rebus posse dicere, quae res ad usum civilem moribus ac legibus constitutae sunt, cum assensione auditorum, quoad eius fieri poterit, et de oratore saepe ait, oratoris esse ornate dicere de re qualibet et his similia, et Quintilianus lib. 8 in princ. ait ‘oratoris officium docendi, mouendi, delectandi partibus contineri/ [157r] et animos auditorum surrepit’, dicere debuit et animos auditorum surripit, vel et animis auditorum suscepit, et hoc crediderim dicere voluisse, nam Quintilianus lib. 4 de insinuatione loquens ait ‘insinuatio surrepat animis’,

Pero no conduzcamos a ninguno a los lazos de la trampa con engaño': se cita más correctamente aquí que antes Homero, cuando introduce el parlamento de un personaje principal<sup>27</sup>.

Igual cuando se lee del calificativo ἀκεραῖος esto es, sin cuerno, este autor se equivoca mucho, pues ἀκεραῖος significa «más verdadero, más puro, sin mezcla», a partir del verbo κερᾶω, «mezclar», de donde οἶνος ἀκέρατος «vino puro», que no suele ser sin cuerno, es más, en cuanto puro, tanto suele tener cuernos puros; κέρας significa cuerno, de este nombre no se forma ἀκεραῖος sino ἀκέρατος. Por tanto ἄκεραῖος significa «puro», «verdadero», «simple», y en cambio ἄκέρατος «sin cuerno».

Por eso pienso que esta interpretación ha surgido tal como las serpientes pegadas en el caduceo de Mercurio: parece que nunca en realidad estuvieron fijadas a él, sino que solo fue un artificio, aunque es cierto que en aquel caduceo se pintan pegadas las serpientes.

'El orador cuya función principal, según muestran Cicerón y Quintiliano es la insinuación...': querría que el autor indicara los pasajes donde Cicerón y Quintiliano muestran que la insinuación es el principal objetivo del orador. 'Cicerón, en el principio de su obra retórica dice que la función del orador es poder hablar de los asuntos que se han establecido según las costumbres y las leyes, para beneficio civil, en la medida de lo posible, ante unos oyentes que juzgan<sup>28</sup>, y sobre el orador dice a menudo que es propio del orador la elocuencia adornada acerca de cualquier asunto y otras tales funciones, y Quintiliano en el libro octavo al principio dice que 'el deber del orador de enseñar, mover y agradar se realiza en su actividades oratorias<sup>29</sup>/157r, y asume las intenciones de los oyentes'. Debió decir que arrebatara los ánimos de los oyentes o también se desliza en las mentes de los oyentes, y esto he creído que quiso decir, pues Quintiliano lib. 4, hablando de la insinuación dice que la insinuación se introduce en los ánimos,

27 Véase la nota n° 17.

28 RHET. Her. 1, 2, 2 *Oratoris officium est de iis rebus posse dicere, quae res ad usum civilem moribus et legibus constitutae sunt, cum ad sensione auditorum, quoad eius fieri poterit. Cic. inv. 1, 5 Officium autem eius facultas videtur esse dicere adposite ad persuadendum; finis persuadere dictione. Cic. de orat. 1, 138 Primum oratoris officium esse dicere ad persuadendum accommodate, deinde esse omnem orationem aut de infinita rei quaestione, sine designatione personarum ac temporum, aut de re certis in personis ac temporibus locata.*

29 QVINT. inst. 8, Proem. 7 *Oratoris officium docendi, mouendi, delectandi partibus contineri, ex quibus ad docendum expositio et argumentatio ad mouendum adfectus pertinerent, quos per omnem quidem causam, sed maxime tamen in ingressu ac fine dominari. Nam delectationem, quamvis in utroque sit eorum, magis tamen proprias in elocutiones partes habere.*



maxime ubi frons causae non honesta est, et cetera. Itaque aut pro animis lege animos, aut pro surripit, lege surrepit'.

'Graecis est παρειδύσις quod nomen a serpentibus metaphorice ducitur. Nihil magis se insinuat quam serpens': Si de nomine Graeco παρειδύσις hoc dicitur, non uideo quo modo a nomine Latino<sup>a</sup> serpens uer[o] a Graeco ὄφις deducatur. Si autem de nomine<sup>b</sup> Latino insinuationem non intelligo, quo modo a serpentibus hoc nomen ducatur metaphorice, nec vere<sup>c</sup> si tamen dicere voluit hic auctor hoc genus exordii insinuationem dici, metaphora sumpta a serpentibus. 'Qui se insinuant non satis recte haec dixit, nec satis vera sunt; nam tunc non insinuationem, sed serpentina vel quid simile vocari debebat illud exordii genus, ut eius nomen a serpentium insinuatione deductum diceretur, quare facilius dicerem ego insinuationem a sinu deduci. Praeterea tamen 'metaphorice duci' non significabit nomen illud deduci a re aut actione aliqua, sumpta metaphora, ut cum dicimus calleo gram<m>aticen, tunc metaphoram<sup>30</sup> sumimus a callo, qui assiduitate et consuetudine laboris obduci solet, non tamen ideo dicemus calleo ducitur metaphorice a nomine callo, sed vere et proprie. Atque ita genus illud exordii sumi potuit metaphorice aut per similitudinem (*iuxta mentem auctoris loquor*) a serpentibus se insinuantibus'. Et tunc serpentina vocari debuit? Non tamen duci potuit nomen metaphorice, nam nullum nomen est, quod ab alio metaphorice et per similitudinem deducatur.

---

30 *Marg.* Vt cum dicimus colores in significatione metaphorica ut Lactant. lib. 1 cap. 17 'incoestum quod nullo modo possit colorari', tunc non metaphorice sed vere verbum coloro deducitur a nomine colore, significat tamen turei odor metaphorice praetextum.

---

a Latino *sscr.*  
 b *insi del.*  
 c *fortasse del.*

sobre todo cuando el aspecto de la causa no es honesto<sup>31</sup>, etc. Por tanto, interpreta *animos* en lugar de *animis* o lee 'arrebata' en lugar de 'se desliza dentro'.

'Los griegos tienen *παρεισδύσις* un nombre que se deriva metafóricamente de las serpientes, pues nada se insinúa más que una serpiente'. Si del nombre griego *παρεισδύσις* no veo de qué modo se deduce del nombre latino *serpens* o del griego ὄφις. Pues si es del nombre Latino 'insinuación', no entiendo de qué modo se deduce metafóricamente de las serpientes, ni si de verdad quiso decir el autor que este género de exordio se llama insinuación tomando una metáfora de las serpientes. No dijo con acierto que se insinúan y no son sinceras. Pues entonces no debía llamarse insinuación sino serpentina o algo parecido este género de exordio, para que se dijera que su nombre se ha derivado de la insinuación de las serpientes. Por eso, más fácilmente diría que 'insinuación' deriva de 'seno'. Por otro lado, ¿no querrá decir que aquel nombre se deriva de la metáfora tomada de la realidad o de la actividad, como, aunque decimos que somos expertos (encallecidos) en gramática, (que tomamos la metáfora del callo<sup>32</sup> que se suele producir por efecto de la asiduidad y costumbre de un trabajo penoso), no por eso estamos diciendo que 'callere' se deriva metafóricamente del nombre del callo, sino verdadera y propiamente. Y así aquel género de exordio puede tomarse metafóricamente o por semejanza (hablo según la opinión del autor) de las serpientes que se meten deslizándose ¿y entonces debió llamarse 'serpentina'? Pues no pudo deducirse el nombre metafóricamente ya que no hay nombre que se deduzca de otro metafóricamente y por semejanza.

31 QUINT. *inst.* 4, 1, 42 *Et eo quidam exordium in duas diuidunt partis, principium et insinuationem, ut sit in principiis recta beniuolentiae et attentionis postulatio: quae quia esse in turpi causae genere non possit, insinuatō subrepat animis, maxime ubi frons causae non satis honesta est quia res sit improba, uel quia hominibus parum probetur, aut si facie quoque ipsa premitur uel inuidiosa consistentis ex diuerso patroni aut patris uel miserabili senis, caeci, infantis.*

32 Marg. Cuando indicamos colores en el significado metafórico, como LACT. *inst.* 1, 17 'incesto, que no se puede colorear', entonces no metafóricamente sino verdaderamente el verbo *coloro* se deduce del nombre del color. Un olor de incienso significa metafóricamente un pretexto. La cita de Lactancio está tomada de un pasaje donde el autor analiza desde su perspectiva romana el mito griego del nacimiento de Erictonio: *Nam cum Vucanus diis arma fecisset, eique Iuppiter optionem dedisset praemii, quod uellet postulandi, iurassetque ut solebat per infernam paludem se nihil negaturum, cum faber claudus Mineruae nuptias postulauit, hic Iuppiter Optimus Maximus tanta religione constrictus abnuere non potuit, Mineruae tamen monuit repugnare pudicitiamque defendere. Tum in illa conuoluntatione Vulcanum in terram effudisse aiunt, unde sit Erichthonius natus, idque illi nomen impositum (...) id est, ex certamine atque humo. Cum igitur eum puerum cum dracone conclusum et obsignatum tribus uirginibus Cecropidis commendauit?* Por tanto, la referencia está tomada de un texto en el que se hace una reflexión etimológica sobre el nombre de Erictonio.

Ridere dicitur de prato metaphoricè, nomen tamen risus, etiãsi de prato dicatur, non deducitur metaphoricè, sed proprie et vere a verbo rideo. Aliud enim est significare metaphoricè, quod multis nominibus convenit, aliud duci metaphoricè, quod nulli nominum<sup>a</sup> contingit.

'Graecis est παρεισδύσις' non negamus significare hoc nomen «ingressum, introitum», tamen Cicero lib. 1 *ad Herennium* in principio ita ait, et insinuatio quae ἔφοδος nominatur.

'Nihil enim magis se insinuat quam serpens; imo nihil magis conspectum hominum fugit. / [157v] Igitur non dubium est, quin serpens ante Adae peccatum prae ceteris animalibus fuerit delitiis primis hominibus. Hoc patet acriter intuenti significationem verbi φρονέω et illa uerba' et cetera. Incertum per incertius probat auctor, nam fuisse serpens in deliciis Adae tanquam certum affirmat, dubitarique de eo non posse ait, atque id probat ex significatione verbi φρονέω quam ipse sibi finxit, nec illius auctoris testimonium firmavit, et quod maxime dubitandum, imo non credendum est pro certo haberi iubet, hoc est<sup>b</sup>, primis hominibus et infra, 'nam si antea serpens insidiabatur hominibus', inquirò ante Adae peccatum, quot milia hominum erant in mundo? Nam hic auctor ita loquitur quasi plurimi homines fuerint cum solus Adam et uxor exstarent, et illa uerba: 'Sed et serpens erat callidior cunctis animantibus terrae, qui namque callidiores iis, qui e sua propria domus, quoscumque urbane expellunt? Et illa quae multo pretio parantur dominis, sibi ipsis deseruire gratis faciunt'.

Saepe dixi periodorum connexionem non posse percipere, atque hoc idem identidem repe[tire] cogor.

---

a contingit *del.*

b *serpentem fuisse in delitiis primis hominibus sscr.*

Aunque se dice del prado que 'ríe'<sup>33</sup>, el nombre de la risa, aunque se diga del prado, no se deduce metafóricamente, sino verdadera y propiamente del verbo 'reír'. Pues una cosa es 'significar metafóricamente', que se aplica a muchos nombres, otra 'derivarse metafóricamente', que no le sucede a ninguno.

'Los griegos tienen παρεισόδους...': Aunque no negamos que este nombre significa «entrada», «introducción», Cicerón en su libro primero *Ad Herennium* al principio así lo dice de la insinuación<sup>34</sup>, que se llama también ἔφοδος.

'Nada se insinúa más que una serpiente... : Es más, rehuye sobre todo estar a la vista de los hombres. /157v 'Por tanto, no hay duda de que la serpiente antes del pecado de Adán era agradable para los primeros hombres más que otros animales. Esto queda claro para el que atienda críticamente al significado del verbo φρονέω... Y el autor prueba algo incierto con otro dato menos cierto, en aquellas palabras y en las restantes, pues afirma como si fuera cierto que la serpiente hacía las delicias de Adán, y dice que no se puede dudar de ello, y que lo prueba por el significado del verbo φρονέω que él mismo ha definido a su modo, y no confirma el testimonio de aquel autor. Y manda que se tenga por cierto lo que es muy dudoso, es más, que no es creíble, esto es, 'que la serpiente hiciera las delicias de los primeros hombres', y lo que sigue. Pues si antes la serpiente era perseguida por los hombres, me pregunto cuántos miles de hombres había en el mundo antes del pecado de Adán, ya que este autor habla como si hubiera muchos hombres cuando estaban solo Adán y su mujer, y aquellas palabras 'pero la serpiente era más taimada que los demás animales de la tierra', 'pues, ¿quién más taimados que aquellos que expulsan de su propia casa a todos delicadamente? Y hacen que les sirvan gratis lo que se consigue por un alto precio para los de la casa. He dicho a menudo que no se puede percibir la conexión de los periodos y esto mismo me veo obligado a repetir.

33 El ejemplo es frecuente en la tradición gramatical y retórica que se transmitía en la interpretación de las escrituras. Thom. Aquin. *Summa theol.* 1, 13, 6. Así, por ejemplo, *Glossa super Graecismum Eberhardi Bethunenesis* cap 1. *De figuris tropi* 1c13, a propósito de *phantasia*: *Phantasia est quando illud quod est rei animate attribuitur rei inanimate ut pratum ridet et interpretatur 'ficta apparitio'*. También se puede ver en un pasaje de Lorenzo de Brindis (1559-1619) *Explanatio in Genesim*, diss. 1, 9 '*Metaphora, quae latine translatio dicitur, fit cum nomen aut uerbum propter similitudinem transfertur ex eo loco, in quo proprium est, in eum, in quo proprium deest, aut translatum proprio nullius est; ita dicimus: laetas segetes, ridere prata, gemmare uites, floridam iuuentutem, lacteam canitiem, incensum ira, inflammatum cupiditatis, lapsum errore; ita plane in Scripturis Sanctis Christus dicitur agnus, leo, ovis, lillium conuallium, flos campi, hinnulus ceruorum, ita Dominus de Sion rugiet.*'

34 *RHET. Her.* 1, 7, 11 *Inter insinuationem et principium hoc interest. Principium eius modi debet esse, ut statim apertis rationibus, quibus praescripsimus, aut beniuolum aut attentum aut docilem faciamus auditorem; at insinuatio eiusmodi debet esse, ut occulte per dissimulationem eadem illa omnia conficiamus, ut ad eandem commoditatem in dicendi opere uenire possimus.* Todavía considera *Ad Her.* obra de Cicerón.

Duxerat auctor non esse dubium quin serpens fuerit in delitiis primis hominibus, idque patere intuenti significationem uerbi φρονέω et illa uerba 'Serpens erat callidior cunctis animantibus terrae', et nunc<sup>a</sup> causam reddens<sup>b</sup> eius quod supra dixerat, et illud probans ex uerbis illis erat callidior, addit, 'qui namque callidiores iis' et cetera, hoc est namque qui sunt callidiores iis?: 'Porque quién hay más astutos que los que' et cetera. Non uideo hanc causam. Si serpens Adam e sua domo eiecisset sibi, quae Adam parauerat multo pretio gratis seruire fecisset, cohaeret ratio, sed hic auctor serpentem ideo esse prudentem ait, quia se insinuat, sese dedit et cetera, nec serpens paradiso remansit nec sibi omnia seruire fecit, si id intelligere uolunt. Fortasse auctor non debuit connectere cum eo, quod superius dixerat, nempe 'serpentem fuisse in delitiis', nec tanquam causam et probationem eorum deliciarum addere<sup>c</sup> 'qui namque callidiores illis' et cetera.

'Qui e sua propria domu quoscumque urbane expellunt' lege 'qui namque callidiores iis qui e sua propria domu quoscumque urbane expellunt'. Non solum in accentu Graeco et in alicuius inuersione literulae<sup>d</sup> ut licenciatus Murcia de la Llana sensit, quaedam alia inueniuntur errata, sed etiam in puncto Latino et magnitudine alicuius literulae ut ipsius uerbis utitur. 'Qui e sua propria domu quoscumque urbane expellunt' dubium multis quorum f[uit] propria haec domus expellentium imo nullum dubium nam ut Brocensis<sup>e</sup> lib. 2 *Minerva* cap. 12 circa finem ait: 'Quoties/[158r] ambiguus poterit esse sermo<sup>f</sup> reciprocum ad primum et praecipuum suppositum recurrat', et cetera, atque ita hic sua domus expellentium erit non expulsorum, illi igitur omnium callidissimi erunt, qui e sua domu expellunt alios. Si uero auctor dixisset, quod uolunt, nempe eos esse callidissimos, qui expellunt alios ex eorum domibus, restaret tamen difficultas, an uerum esset quod auctor dixit, nam callidis alios e domibus potentiorum expellere, ut sese ingerant aut postquam se ingesserint satis erit. At uero ipsos dominos e domibus expellere ita omnem calliditatem superat, ut neminem id dixisse crediderim, saltem non memini.

---

a quasi *del.*

b earum *del.*

c addere et cetera *del.*

d et in alicuius inuersione literulae *sscr.*

e heu quondam magister auctoris *del.*

f rep *del.*

El autor había considerado que no era dudoso que la serpiente hiciera las delicias de los primeros hombres, y eso era claro para quien atendiera al significado del verbo φρονέω y aquellas palabras 'la serpiente era más taimada que todos los animales de la tierra y ahora declarando el motivo de lo que había dicho antes, y probando aquello por las palabras 'era más taimada' añade 'puesto que quiénes son más taimados, etc'.', esto es 'puesto que quién son más taimados que ellos'. 'Porque quién hay más astutos que los que' etcétera. No veo este motivo. Si la serpiente hubiera expulsado de su casa a Adán y hubiera hecho que le sirviera gratis lo que Adán se había procurado con mucho esfuerzo, la razón sería coherente, pero este autor dice que la serpiente es prudente porque se insinúa, se ha introducido, etc. Y la serpiente no permaneció en el paraíso, ni hizo que le sirvieran todo, si quieren entender eso. Quizá el autor no debió relacionar con ello lo que había dicho más arriba, a saber, que 'la serpiente hiciera las delicias' y no lo añadiera como motivo probatorio de esas delicias 'pues quién más taimado que aquellos' etc. 'Quiénes de su propia casa expulsan delicadamente' lee 'puesto que quiénes más taimados que los que sacan delicadamente a todos de su propia casa'.

No sólo en el acento griego y en la inversión de alguna letrilla como el licenciado Murcia de la Llana pensó<sup>35</sup>, se encuentran algunas otras erratas, pero en el punto latino también por el tamaño de alguna letrilla cito sus mismas palabras.

'Quiénes sacan delicadamente a todos de su propia casa': Fue dudoso para muchos que esta casa de la que les echaran fuera la propia, es más sin ninguna duda pues como el Brocense (¡ay!, el que fue maestro del autor en otro tiempo) en el libro segundo de *Minerva* capítulo 12 hacia el final dice<sup>36</sup>: 'Cuantas veces / 158r la expresión recíproca pueda ser ambigua recurra al primero y principal supuesto', etc. Y así aquí la casa será de los que expulsan, no de los expulsados. Por tanto, serán los más taimados de todos los que expulsan de su propia casa a otros. Pero si el autor hubiera dicho lo que quieren, es decir, que quienes sacan a otros de sus casas son los más taimados, quedaría pendiente la dificultad de si sería verdad lo que el autor dijo, pues sería suficiente para los taimados sacar a otros de las casas de los poderosos para quedarse ellos o después de haber entrado. Sin embargo sacar a los dueños mismos de sus casas supera toda astucia, de modo que creo que nadie lo hubiera dicho, al menos no lo recuerdo.

35 Puede referirse de modo general a los comentarios aristotélicos o a los poemas de Francisco Murcia de La Llana, contemporáneo de Pedro de Valencia.

36 Francisco Sánchez de las Brozas, *Minerva seu de causis linguae latinae*, 2, 12, capítulo titulado *De usu reciprocorum contra Vallam, Budaem et Quintilianum*. En la edición de C. Chaparro Gómez, Cáceres, Institución cultural El Brocense-Diputación Provincial-Universidad de Extremadura, 1995, p. 206, que remite al fol. 78v de la edición de 1587.

'Ex quibus facile adducor Evam lusitare solitam fuisse cum eo, sinus ornare atque collum et brachia'. Videtur deesse aliquid. Nam 'adducor Evam lusitare' non significat idem quod intelligo vel credo Evam lusitare. Dicerem ego ex quibus: facile adducor ut credam Evam lusitare. (Praeterea si illa propositio cum non solum ad verbum lusitare, sed ad verbum ornare referenda sit, ornare cum eo brachia, sinus et collum significabit simul ac serpens ornabat sinus et brachia Evam etiam ornare, quod fortasse verisimilius alicui videretur, licet serpens nec sinus nec brachia nec collum haberet, quam Evam *del.*) exiguo illi tempore, quod peccatum praecessit solitam fuisse lusitare cum serpente atque<sup>a</sup> lusus,<sup>b</sup> delitias et ornatus sibi ex serpente<sup>c</sup> parare et habere.

Ex illis verbis 'Serpens ante Adae peccatum fuerit in delitiis primis hominibus', et illis 'nam si antea serpens insidiabatur hominibus et his Evam lusitare solitam fuisse, cum eo sinus ornare atque collum et brachia', facile adducor ut credam auctorem hunc vel saeculum aliquod, aut saltem longum tempus intercesisse inter hominum creationem et peccatum cum vix trium horarum spatium fuisse, ut fere omnes auctores sentiant, quam igitur verisimile sit 'Evam solitam tunc fuisse lusitare cum serpente' et cetera. Iudicet lector.

Praeterquam, 'ut tradit Divus Chrisostomus, omnia animalia erant hominis subiecta videtur deesse', quod praeter quam quod, ut tradit Divus Chrisostomus omnia animalia erant. 'Nam praeter quam omnia animalia erant' non recte dicitur. Non opus erat Divi Chrisostomi testimonio, quod nec refert quidem ut crederemus ante peccatum omnia animalia<sup>d</sup> fuisse homini subiecta.

Praeterea nimis Hispanismum olent haec verba: 'In illo statu innocentiae omnia animalia erant homini subiecta: En aquel estado de inocencia todos los animales estavan sujetos al hombre'./[158v] Cuius veritatis vis et verbi φρονέω non intellecta significatio induxit Caietanum in illam opinionem, ne dicam errorem, in *Commentario ad Genesim*, videlicet: 'Deum non de uero serpente fuisse loquutum; imo mystice id intelligi debere, tropologico ac figurato sensu dum inquit: Postea hic traditur serpentem callidiorum fuisse cunctis animantibus terrae', et cetera. Primum, si miserum et ignarum Caietanum

---

a pro floribus *del.*

b et *del.*

c habere *del.*

d esse *del.*

‘Por eso deduzco fácilmente que Eva se habría acostumbrado a jugar a menudo con ella, adornarse el escote, el cuello o los brazos’...: parece que falta algo. Pues ‘deduzco que Eva jugara a menudo’ no significa lo mismo que «entiendo» o «creo» que Eva jugara: yo diría que de ello fácilmente me inclino a creer que Eva jugara a menudo. (Por otra parte, si aquella afirmación se refiriera no solo al verbo ‘jugara a menudo’ sino al verbo ‘adornar’, adornar con ello los brazos, el escote y el cuello significará que al tiempo que la serpiente adornaba el escote, también los brazos a Eva. Esto a alguien le puede parecer quizá más verosímil, aunque una serpiente no tuviera el escote ni brazos ni cuello *tachado*) Que Eva en aquel breve tiempo que precedió al pecado se hubiera acostumbrado a jugar a menudo con una serpiente y (en lugar de flores *tachado*) juego, delicias y adorno se procurara y tuviera con la serpiente.

Por esas palabras ‘la serpiente antes del pecado de Adán hacía las delicias de los primeros hombres’, pues si antes la serpiente era perseguida por los hombres y con estas se hubiera acostumbrado a jugar a menudo Eva, y con ella adornar su escote, cuello y brazos, fácilmente me inclino a creer a este autor que un siglo, o al menos que pasó un largo tiempo entre la creación de los hombres y el pecado, aunque apenas hubo tres horas, como casi todos los autores piensan, y por tanto no es verosímil que Eva se hubiera acostumbrado a jugar a menudo con la serpiente, etc. Que juzgue el lector.

Aparte de esto, ‘Según enseña el Santo Crisóstomo, todos los animales estaban sometidos al hombre’<sup>37</sup>, parece que falta ‘aparte de lo que’, ‘como enseña el Santo Crisóstomo todos los animales estaban’ no se dice correctamente. No era necesario el testimonio del Santo Crisóstomo, porque ni siquiera interesa que creyéramos que antes del pecado todos los animales hubieran estado sometidos al hombre.

Además estas palabras huelen demasiado a hispanismo: ‘En aquel estado de inocencia todos los animales estaban sujetos al hombre’./158v ‘La fuerza de esta verdad y el significado del verbo φρονέω no bien entendido indujo a Cayetano a la opinión, no diré al error, en el comentario al *Génesis*<sup>38</sup>, a saber: Que Dios no habló de una serpiente verdadera, sino que se debe entender esto en sentido místico, con sentido tropológico y figurado cuando dice: ‘Después aquí se enseña que la serpiente fue más taimada que el resto de los animales de la tierra, etc’<sup>39</sup>. En primer lugar, si ‘indujo a error al pobre e ignorante Cayetano,

37 Gén 2, 19.

38 *Reverendissimi... Thomae de Vio Caietani... In pentateuchum Mosis iuxta sensum, quem dicunt literalem commentarii*, Roma, apud Antonium Bledum, 1531.

39 Gén 3, 1. AMBR. *parad.* 12, 54: *Serpens autem erat sapientior omnium bestiarum, quae erant super terram, quas fecit dominus Deus. Et cum dixit serpens mulieri: quid utique dixit Deus, ne edatis ab omni ligno quod est in paradiso, cum dicit sapientior serpentem, intelligis quem loquatur, id est illum adversarium nostrum, qui tamen habet huius sapientiam mundi.*



verbi φρονέω non intellecta significatio in illum errorem induxit omnes, quotquot a Mosse usque ad auctorem hunc nostrum sacra scripta legerunt in eundem errorem incidisse necesse erat. Nam nemo fuit, nec est, nec erit, qui verbum φρονέω significare credat, quod hic auctor sentit. Praeterea<sup>a</sup> inquiri, an textus Hebraicus aut Vulgata versio satis esse possint, ut aliquis in errorem similem non incidat, licet verbi φρονέω significationem ignoret, et cetera. Deinde notare potest, quod hic auctor refert. Nam Caietanus non dicit Deum non fuisse locutum de vero serpente, sed Mosen, qui Genesis historiam scripsit. Deus enim non scripsit historiam illam atque ita pro Deum-lege-Mosen. Deinde non recte connecti videtur, illa significatio induxit Caietanum in errorem, Deum non fuisse loquutum de vero serpente, dum inquit 'Postea hic traditur'. Nam videtur Deum esse qui dicit 'Postea hic traditur' cum sit verba Caietani. Nam si velis, illud -inquit- referre ad Caietanum non poteris, nam 'Caietanum inquit', non dicitur, atque ita aut dicere debuit 'errat Caietanus dum inquit' vel si dixerat, 'induxit<sup>b</sup> in errorem<sup>c</sup> Caietanum qui inquit'.

Quare difficultas coegit simulare nostrum Ioannem Bustamantium serpentem vulpe callidiorem esse. Crediderim haec verba significare quod Ioannes Bustamantius simulat se esse serpentem vulpe callidiorem, nam verbi 'simulo' significatio satis omnibus est nota 'simulo esse regem', quid significat nemo dubitabit. Igitur eodem modo Ioannes simulat serpentem esse callidiorem vulpe significabit quod dixi se simulat esse serpentem callidiorem vulpe. Ego saltem ita haec intelligi. Supra dixerat cuius veritatis vis cum veritas illa non tantum haberet roboris, ut Caietanum in errorem inducere posset. Nunc, quae difficultas coegit, cum nullam difficultatem prius ostenderit et 'Quis vel adeo ignavus est, ut nesciat' legerem 'quis vel adeo ignarus est, ut nesciat'<sup>40</sup>.

'Sed nunc se in formosam mulierem vertit, nunc in h]eremitam severum verti': De iis rebus dici solet, quae priore natura amissa in aliam transeunt<sup>41</sup>. Horatius in *Arte Poetica*: Nec in avem Progne vertitur Cadmus in anguem et Ovidius plurimis in locis versa est in corporis usum. Et haec est huius verbi significatio. Ego tamen hic potius quam supra uterer verbo

---

40 Debuisset magnam aliquam et insuperabilem repraesentasse, quae postea coegisset Ioannem Bustamantium et cetera *marginè add.*

41 Vel mutata figura imitatur mulierem. Horatius: 'sive mutata iuvenem figura ales in terris imitatis etc.' Igitur figura mutata simulat mulierem dicerem potius quam vertit se in mulierem. *marginè add.*

a non *del.*

b Caietanum *del.*

c ut *del.*

que no entendiera el significado del verbo φρονέω', todos cuantos desde Moisés hasta este autor nuestro han leído las Sagradas Escrituras era necesario que cayeran en el mismo error; pues no ha habido nadie ni hay ni habrá que crea que el verbo φρονέω significa lo que este autor piensa. Por otra parte me pregunto si el texto hebreo o la versión Vulgata pueden ser suficientes para que nadie caiga en un error semejante, aunque ignore el significado del verbo φρονέω etc. En segundo lugar, se puede advertir lo que este autor refiere. Pues Cayetano no dice que Dios no hubiera hablado de una serpiente verdadera, sino Moisés, que escribió la historia del *Génesis*. Pues Dios no escribió aquella historia. Y así en lugar de 'Dios', lee 'Moisés'. Después no parecen conectarse bien 'que aquel significado indujo a Cayetano a error' 'Que Dios no hubiera hablado de una serpiente verdadera' cuando dice 'Después aquí se enseña' pues parece que Dios es quien dice 'Después aquí se enseña' cuando son palabras de Cayetano. Pues si quieres —dice— referirlo a Cayetano, no puedes pues no se dice 'dice que a Cayetano', o que debió decir 'se equivoca Cayetano cuando dice' o 'si lo había dicho, indujo a error a Cayetano, quien lo dice'.

'Por eso, esa dificultad forzó a simular a nuestro Juan Bustamante que la serpiente es más taimada que la zorra'. Puedo creer que estas palabras pueden significar que Juan Bustamante simula que la serpiente es más taimada que la zorra, pues el significado del verbo 'simulo' es suficientemente conocido de todos: 'simulo que soy rey' nadie dudará qué significa. Por tanto, del mismo modo 'Juan simula que la serpiente es más taimada que la zorra' significará lo que he dicho 'que simula que la serpiente es más taimada que la zorra'. Yo al menos así he entendido esto. Había dicho antes 'la fuerza de esta verdad' cuando aquella verdad no tendría otro vigor que el de poder inducir al error a Cayetano, 'ahora que la dificultad fuerza', puesto que no ha demostrado ninguna dificultad anteriormente y 'Quién es tan inútil que no sabe...' leería 'quién es tan ignorante que no sabe'<sup>42</sup>.

'Pero ahora se transforma en una mujer hermosa, ahora en un eremita severo': De estos cambios suele hablarse que dejando una naturaleza anterior se mueven a otra. Horacio en el *Arte Poética*: 'Ni Procne se transforma en pájaro, Cadmo en serpiente y Ovidio en muchos pasajes presenta cambios en el uso de un cuerpo'<sup>43</sup>. Este es el significado de esta palabra. Yo también mejor emplearé

42 Habría debido presentar alguna grande e insuperable que después hubiera forzado a Juan Bustamante etc. *marginè add.*

43 HOR. *ars.* 185-186: *Aut in avem Procne uertatur, Cadmus in anguem, / quodcumque ostendis mihi sic, incredulus odi.*

simulo, diceremque diabolus simulat mulierem, vertit se diabolus in formosam mulierem, ita ut iam deinceps non diabolus sed mulier sit. / [159r]

His astipulatur Aquilae versio: καὶ ὄφις ὢν πανούργος et cetera. Non videt hic auctor quo dealbatur, nam cum superius ex significatione verbi φρονέω et nominis φρόνιμος interpretatus sit locum illum Euangelii 'Estote prudentes sicut serpentes' et postea idem esse prudens uel *phronimos*, quod callidus, et callidus idem quod πανούργος colligitur Christum dixisse discipulis suis 'Estote callidi' et πανούργοι hoc est versipelles et fraudulentī, quam tamen ab his verba et praecepta Domini longissime sint omnes norunt, quam tamen certum sit colligi ex interpretatione et dictis huius auctoris omnes qui attente perpexerint, iudicanto.

'Forte ex illo tempore quo in delitiis serpens erat Evae in nostrum usque murenulas solemus vocitare collaria foeminarum', quantum tempus illud fuisse credit auctor, qui ex illo in nostrum usque derivatum esse intelligit modum illum loquendi quo utimur cum collaria foeminarum murenulas vocitare solemus? Debuerat probare hebraice collaria appellari nomine serpentis quod nec ipse nec perspicacior alius inueniet, cum torques Hebraice קַנָּו<sup>a</sup> a uerbo קָנַו circumdare dicatur vel a uerbo יָרַח perforare, quia torques<sup>b</sup> plures margaritas perforatas et filo copulatas constet.

'Quia monilia Graeci ὄφεις appellant Nicostratus comicus apud Athenum' et cetera. Graeci non vocant monilia ὄφεις sed brachialia uel armillas. Henricus Stephanus in Thesauro ὄφεις dicitur etiam τὸ χρυσοῦν περιβαχιόνιον' et cetera, nec locus Attenei pro auctore facit, nam cum torques annulos, monilia nominaverit ὄφεις non significabunt monilia, sed brachialia vel armillos, locum tamen inter omnes quos ex Nicostrato citantur non reperi nec auctor paginam vel librum designavit.

a et *del.*

b sed *del.*

c librum uel *del.*

el verbo 'simulo' y diría 'el diablo simula una mujer', 'el diablo se convierte en una mujer hermosa, de modo que en adelante no sea diablo sino mujer'<sup>44</sup>. / 159r

A esto se ajusta la versión de Aquila: καὶ ὄφεις ὧν πανούργος etc. Pues este autor no ve con qué se ilustra, pues cuando antes del significado del verbo φρονέω y del calificativo φρόνιμος interpretó aquel lugar del Evangelio 'Sed prudentes como serpientes' y después que lo mismo es prudente que φρονιμος, que *callidus* y *callidus* que πανούργος, se deduce que Cristo dijo a sus discípulos 'Sed astutos' y πανούργοι esto es, versátiles y engañosos. Todos conocen a qué distancia de esto están las palabras y preceptos del Señor, qué de cierto se infiere de la interpretación y de las palabras de este autor, juzguenlo todos los que lo han analizado atentamente.

'Quizá por ese tiempo en el que la serpiente hacía las delicias de Eva, solemos llamar gargantillas hasta nuestros días los collares de las mujeres': ¿Cuánto tiempo cree que pasó el autor que entiende que por ello se ha derivado aquel modo de hablar que usamos cuando solemos llamar gargantillas los collares de las mujeres? Había debido probar que en hebreo los collares se llaman con el nombre de la serpiente, cosa que ni él mismo ni otro más perspicaz encontrará, pues se dice *torques* טַרְקָה<sup>45</sup> del verbo *circundare* עָנַק<sup>46</sup> o עָנַק del verbo עָנַק<sup>47</sup> *perforare*, porque el *torques* consta de muchas perlas perforadas y unidas con un hilo.

'Porque los griegos llaman a los colgantes ὄφεις, Nicóstrato el cómico en Ateneo<sup>48</sup>, etc.: Los griegos no llaman a los colgantes ὄφεις sino a las pulseras y brazaletes. Henri Estienne en su *Diccionario*<sup>49</sup> ὄφεις se dice también τὸ χρυσοῦν περιβαχλόνιον etc. Y el pasaje de Ateneo no vale de autoridad pues, aunque llama *torques* a los anillos y a los colgantes ὄφεις no significarán colgantes sino brazaletes y pulseras. Pero no he encontrado el pasaje entre todos los que se citan de Nicóstrato, ni el autor ha indicado la página ni el libro.

44 O con una figura cambiada imitaba a una mujer. Horacio (HOR. *carm.* 1, 2, 30-33 'sive mutata iuvenem figura/ ales in terris imitatis almae/ filius Maiae, patiens vocari/ Caesaris ultor'). «O cambiada la figura, alado hijo de la nutricia Maya imitas a un joven en la tierra, dejando que te llamen vengador de César». *marginè add.*

45 Esta vocalización no es posible en hebreo. Sería así טַרְקָה, collar, cuello, también anaquita.

46 Servir como collar (Verbo denominativo). Como verbo aparece en la Biblia hebrea en De 15, 14 y en Sal 73, 6, con traducciones muy variables.

47 Raíz hebrea de significado desconocido. Una sola palabra de esta raíz en toda la Biblia: תַּרְקָה, collares (Ca 1, 10).

48 En Ateneo no está esta referencia, que, sin embargo, sí lo está en el *Pedagogo* de Clemente de Alejandría, II 122. La cita ha podido tomarse del diccionario de Henrico Stefano, s. v. ὄφεις, donde aparece literalmente la frase griega.

49 *Glossaria duo, e situ vetustatis eruta, sive Lexica duo antiqua, unum latinograecum, alterum graecolatinum, ad utriusque linguae cognitionem & locupletationem perutilia*, Genuae, excudebat Henricus Stephanus, 1572.

the first thing I thought of was how much I had  
to do and how much time I had left. I  
was sitting at my desk, looking at the  
clock, feeling a bit nervous. I had  
to finish this report by five o'clock.  
The deadline was tight, but I had  
to do it. I took a deep breath and  
started to write. I knew that this  
report was important and I had to  
do it well. I was a bit nervous, but  
I was determined to do it.

I had a lot to do and I had to  
finish it by five o'clock. I was  
sitting at my desk, looking at the  
clock, feeling a bit nervous. I had  
to finish this report by five o'clock.  
The deadline was tight, but I had  
to do it. I took a deep breath and  
started to write. I knew that this  
report was important and I had to  
do it well. I was a bit nervous, but  
I was determined to do it.